

tum abufum ex circumftantiis in morali rerum æfti-
matione, juxta regulas divini & humani juris exa-
minare norunt, de aufu hoc meo mitius judicatu-
ros effe, confido. Non enim fine lege & ratione
quidquam impium in piis caufis audacter dixi. Si
tamen, id quod non negarim, aliquando errave-
rim, benevolos & æquos lectores rogo, veniam
lapfo benigne indulgeant, meque in hac diffusa,
& sæpe intricata materia hæſitantem melius edo-
cere dignentur. Non enim per ætatem illam in-
genii pertinaciam induxi, ut rectius judicantium
doctõrum ſententias oppugnare audeam. Quin
potius opto & precor ab aliis ſubactioris judici-
JCtis meliora & ſolidiora ſubinde edifcere. Quod
ſi ergo hiſce προλεγόμενοις in vaſtiſſimo piarum
cauſarum abſolvendo ſtudio, B. L., faveas, novum
ad continuationem arduæ materiæ & juſto ali-
quando opere exponendæ calcar addes. Vale!
Dab. Lipſiæ, MD CC X. IX. Sept,

INDEX